




Paraphrase to

A. L. P.





EMBLEMATÀ

D. A. SLCIATI,
denuo ab ipso Autore
recognita, ac, quæ desi-
derabantur, imagini-
bus locupletata.

*Accesserunt nova aliquot ab
Autore Emblemata suis quoque
eiconibus insignita.*



LVGD. APVD GVLIEL.
ROVILIVM. 1550.

CVM

PRIVILEGIO.

Antonius Maria De Visconti

PRIVILEGE DV ROY.

ILha pleu au Roy nostre Syre, de dōner priuilege & permission à Guillaume Rouille libraire, & à Macé Bonhomme Imprimeur demourans à Lyon, d'imprimer ou faire imprimer vn petit liure intitulé **Emblemata Alciati**, qu'ilz ont faict dresser & mettre en ordre par tiltres generaulx & lieux communs pour plus facile intelligēce d'iceluy, & adiouster figures nouuelles aux Emblemes que par cy deuant n'auoyent esté faictes, n'inuentées. Ensemble plusieurs Emblemes nouuelles qu'ilz ont recouertes dudit Autheur non plus mises en lumiere, digerées en leur ordre & figurées, Parquoy sont, faictes deffences de par ledict seigneur à tous libraires, & Imprimeurs, & autres sur certaines grans peines, de n'imprimer ou faire imprimer, vendre ou distribuer en son Royaulme, pays, terres & seigneuries, desdicts **Emblemata Alciati**, de telle sorte, ou semblable inuention, ordonnance, correctiō, augmentation, ne contrefaire leurs figures nouvelles en quelque maniere & en quelque volume que ce soit, iusques au temps & terme de six ans prochains, comme plus à plain est contenu es lettres patentes sur ce despeschées à Mascon, le ix. d'Aoust, M. D. xlviiij. Signées, **Le Chandelier**: Et scellées du grand scel en cyrc saulne, sur simple queue.

AD LECTOREM.




EMBLEMATA
illa pulcherrima Andrea
Alciati Parricij Mediola-

nensis, Iuriconsultorum elo-
quentissimi, & eloquentiū iuriscōsultissimi,
quæ vir ille nunquā ab literis feriatas, dum
à seuerioribus legū studijs respirat, & hu-
manæ literaturæ Musis amœnoribus recrea-
tur, ludēdo effudit ἀφορισμῶς, καὶ ἀνακόλου-
θως, prout uariū vel sensibus externis, vel
commētationibus internis sese offerebat ar-
gumentū: Ea nos sub generalibus præcipua-
rum rerū capitibus in locos cōes, tanquam
in certas classes digesseramus: à summis,
ad ima progrediētes. Non eo sanè cōsilio, ut
Autore ipso in œconomia sui operis, aut dili-
gētiores, aut cōcinniores videri studeremus:
sed ut illius lusus, in cōmunes vsus adducere-
mus, Eius operis duplici habita ratione, vo-
luptatis nimirū, & utilitatis. Priore quidē,
ut speciosior quadam operis forma extaret
oculis legentiū, singula suo quæq; collocata lo-



co cōsiderantiū. Cōposita namq; sparsis, &
 ordinata confusis, fere solent apparere pul-
 chriora. Altera autē, vt facilior, & prom-
 ptior esset quærētibus inuētio. Etenim expe-
 ditius est, diuersi res generis in suū quasque
 ordinē & locū dispositas: quā in turbā seme-
 rē cōgestas inuestigare, si quādo ijs opus ha-
 bemus vt eōdū. Porro vsus Emblematiū, præ-
 ter gratiā, ac voluptatē ex iucūda nouitate,
 quæ tad.ū leuat, breuē sentētiæ argutiā, quæ
 animū pūgit, numerosam versuū suauitatē,
 quæ aures mulcet, τῶν εἰκόνων picturā non
 inanē, quæ oculos pascit, Etiā ille (inquā) vsus
 est, vt quoties rebus vacuis cōplementū, nu-
 dis ornamentū, mutis sermonē, alogis rationē
 tribuere, aut certē affingere velit quispiā, is
 ex Emblematiū libello, tanquā ex prōptuario
 instructissimo habeat quod domesticis parie-
 tibus, vitreis fenestris, aulais, peristromatis,
 tabulis, vasis, signis, anulis sigillariibus, vesti-
 mētis, mēsa, fulcro, armis, gladio, supellecti-
 li deniq; omni, nusquā nō, inscribere, & im-
 pingere possit: ad hoc scilicet vt vsuequa-

que loquax, & aspectu iucunda sit rerum
 ad vsum communem spectantium facies.
 Quare & ipse Alciatus, sua hac epigram-
 mata appellatione conuenientissima inscri-
 bi voluit Emblemata. Sunt enim Emble-
 mata vermiculata opera ex tessellis insiti-
 tis apta & composita, interprete Budæo,
 quod & ipsa vocabuli Græci origo ostēdit.
 Verū quū hæc omnia superiore editione præ-
 stitissimus, ecce aliquod noua Emblemata ad
 nos mittuntur, ab Autore ipso superioribus
 addita. Hæc in suū & propriū quæq; ordinē
 veluti superiora redeimus: quibus etiā, &
 alijs nonnullis prioribus, in quibus imagines
 desiderabantur, figuras appinimus, quoad
 fieri potuit, aptissimas. Superiora etiā Emble-
 mata partim immutauit Autor ipse, partim
 emēdatiora, & melius cōformata reddidit.
 Quæ omnia postrema hac nostra editione in
 opus vnū, quod quantò locupletius, tantò sit
 perfectius, exhibemus. Quisquis igitur &
 sententiæ breuis acumine, & festiua imagine
 res suas decorare volet: ex hoc libello abūde




habiturus est, vnde sibi desumat quod ad re-
 quamlibet accommodari posse videatur, idq;
 promptissimè, & facillimè. adaptato nimi-
 rum suo cōmento ad summa rerū genera, &
 singulas generum formas suo quisq; ordine
 dispositas, iuxta rerum naturalem seriē, &
 usum communē. Quarū etiam index tabu-
 la subiecta est operi vniuerso, à multis, &
 magnis, quibus vitiatū erat mendis expur-
 gato, & planè restituto ἢ ἂν ἄλτοϋγαφοϋ .

CLARISS. VIRI ANDR.

Alciati In Librum primum Em-
 blematum præfatio, ad
 Chonradum Peuting-
 erum Augu-
 stanum.

Dum pueros iuglans, iuuenes dum tessera fallit,
 Detinet & segnes chartula picta viros:
 Hæc nos festinus Emblemata cuditur heris,
 Artificum illustri signaq; facta manu:
 Vētib; ut torulos, petasis ut figere parmæ,
 Et valeat tacitis scribere quisque notis.
 At tibi supremis preciosa nomismata Cæsar,
 Et veterum exvniis donet habere manus.
 Ipse dabo vati chartacea munera vates,
 Quæ (Chonrade) mei pignus amoris habe.


EMBL. DEDIC.
 Ad illust. Maximil. ducem Mediol. Su.
 per insigni Ducatus Mediolan.



Exiliens infans sinuosi è faucibus anguis,
 Est gentilitijs nobile stemma tuis.
 Talia Pelleum geßisse nomismata regem,
 Vidimus, hisq; suum concelebrasse genus.
 Dũ se Ammone satũ, matrẽ anguis imagine lusam,
 Diuini & sobolem seminis esse docet.
 Ore exit, tradunt sic quosdam enitier angues,
 An quia sic Pallas de capite orta Iouis?




Mediolanum.



Bituricis uerue, Heduis dat Suclea signum.
 His populis patrie debita origo mea est,
 Quam Mediolanum sacram dixere puelle
 Terram: nam uetus hoc Gallica lingua sonat.
 Cula Minerua fuit, nuuc est, ubi numine Tecla
 Mutato matris uirginis ante domum.
 Laniger huic signum sus est, animálque biforme,
 Acribus hinc setis, lanitio inde leui.




Nunquàm procasti-
nandum.



ALCIATÆ gentis insignia sustinet Alce,
Vnguibus ἔμυδ' ἐφ' ἔτα ἀναβαλλόμενος.
Constat Alexandrum sic respondisse roganti,
Qui tot obiisset tempore gesta breui?
Nūquā (inqt) differre uolēs. quod ἔμ indicat Alce
Fortior hæc dubitet, ocyor ἄνε fiet.

DEVS, SIVE RELIGIO.
In Deo lætandum.

ΓΑΝΥΜΕΔΕΣΙ,



GANYMEDES.

Aspice ut egregius puerum Iouis alite pictor
Fecerit Iliacum summum per astra uehi.
Quis ne Iouem tactum puerili credat amore?
Dic, hæc Mæonius finxerit unde senex?
Consilium, mens atque Dei cui gaudia præstant:
Creditor is summo, raptus adesse Ioui.

Sapientia humana, stulticia est
apud Deum.



Quid dicam? quonā hoc cōpellē nomine monstrū
Biforme: quod non est homo, nec est draco?
Sed sine uir pedibus, summis sine partibus anguis,
Vir anguipes dici, & homiceps anguis potest.
Anguē pedit homo, hominem eructauit & anguis,
Nec finis hominis est, initium nec est feræ.
Sic olim Cecrops doctis regnauit Athenis,
Sic & gigantes terra mater protulit.
Hæc uasfrum est species, sed religione carentem,
Terrena tantum quique curet, indicat.



Ficta religio.



Regali residens meretrix pulcherrima sella,
 Purpureo insignem gestat honore peplum.
 Omnibus & laices pleno è cratere propinat.
 At circum cubitans ebria turba iacet.
 Sic Babylona notant. quæ gentes illice forma,
 Et ficta stolidas relligione capit.

Non tibi, sed Religioni.



*Isidis effigiem tardus gestabat asellus,
 Pando uerenda dorso habens mysteria.
 Obuius ergo Deam quisquis reuerenter adorat.
 Piis que genibus concipit flexis preces.
 Ast asinus tantum præstari credit honorem
 Sibi, & intumescit admodum superbiens:
 Donec eum flagris compescens dixit agaso,
 Non es Deus tu (aselle) sed Deum uehis.*

Quà Dij vocant eundum.



In triuium mons est lapidum: supereminet illi
 Trunca Dei effigies, pectore facta tenus.
 Mercurij est igitur tumulus. suspende uiator
 Sertæ Deo: rectum qui tibi monstrat iter.
 Omnes in triuium sumus, atque hoc tramite uitæ
 Fallimur, ostendat ni Deus ipse uiam.


VIRTUTES.

F I D E S .
Fidei symbolum.




Stet depictus Honos tyrio uelatus amictu,
Eiusq; iungat nuda dextram Veritas.
Sitq; Amor in medio castus: cui tempora circum
Rosa it, Diones pulchrior Cupidine.
Constituunt hæc signa fidem, reuerentia Honoris
Quam fuet, alit Amor, parturitq; Veritas.

Fœdera.




Hanc citharā, à lembi quæ forma halicutica fertur.
 Vendicat & propriam Musa Latina sibi,
 Accipe Dux: placeat nostrū hoc tibi tēpore munus.
 Quo noua cum socijs fœdera inire paras.
 Difficile est, nisi docto homini, tot tēdere chordas:
 Vnāque si fuerit non bene tenta fides,
 Ruptūc (quod facile est) perit oīs gratia cōchæ,
 Illéque præcellens cæcus, ineptus erit.
 Sic Itali cocunt proceres in fœdera, condor
 Nil est quod timeas, si tibi constet amur.
 At si aliquis desciscat (uti plerunque videmus)
 In nihilum illa omnis soluitur harmonia.


In silentium.



Cum tacet: haud quicquam differre sapiētibz amēs.
 Stultitię est index linguęque, uoxq; suę.
 Ergo premit labias: digno que silentia fignet:
 Et sese Pharium uertat in Harpocratem.



Non vulganda consilia.



Limine quod cæco, obscura & caligine monstrum
 Groficiis clausit Dædalus in latebris:
 Depictum Romana Phalanx in prælia gestat,
 Semiuiróque nitent signa superba boue.
 Nôsq; movent: debere ducum secreta latere
 Consilia. auctori cognita techna nocet.

Nec quæstioni quidem
cedendum .




*Tecropia effictam quam cernis in arce Leanam,
Harmodij (an nescis hospes?) amica fuit.
Sic animum placuit monstrare utraginis acrem
More feræ, nomen uel quia tale tulit.
Quod fidibus contorta, suo non prodidit ullum
Indicio, elinguem reddidit Iphicrates.*

P R V D E N T I A .
 Consilio, & virtute Chimæran
 superari, id est, fortiores
 & deceptores.




Bellerophon (ut fortis eques) superare Chimæran,
 Et Licij potuit sternere monstra soli.
 Sic tu Pegaseis uectus petis athera pennis.
 Consilioque animi monstra superba domas.

Vigilantia, & custodia.



Instantis quòd signa canens det gallus còi,
 Et reuocet famulas ad noua pensa manus:
 Turribus in sacris effingitur, arca mentem
 Ad superos peluis quòd reuocet uigilem,
 Est leo. sed custos oculis qui dormit apertis:
 Templorum idcirco ponitur ante fores.

ΚΗΦΕΙΩΔὲ μέμνησ' ἀπίσειν, ἀγῶρα ταύτατων
 φεινω. Sobriè viuendum: & non
 temerè credendum.



Ne credas ne (Epicharmus ai:) non sobrius esto,
 Hi nerui, humana membraq; mentis erunt:
 Ecce oculata manus credens id quod uidet. Ecce
 Pulegium, antiquæ sobrietas olus,
 Quo turbam ostenso sedauerit Heraclitus,
 Mulxerit & tumida seditione grauem.

Ἦν παρέβην· τί ἕρεξα· τί μοι δ'έου, οὐκ
 ἐτελέσθη· *Quid excessi? quid
 admisi? quid omisi?*



*Italica Samius secta celeberrimus autor
 Ipse suum clausit carmine dogma breui.
 Quò prætergressus? quid agis? quid omittis agendum?
 Hanc rationem urgens reddere quenq; sibi.
 Quod didicisse gruum uolitantum ex agmine fertur,
 Arreptum gestant que pedibus lapidem,
 Ne cessent, reu transfuer sas mala flamina raptent.
 Quaratione hominum uita regenda fuit.*


Prudentes. Problema.



Iane bisrons, qui iam trans e'ta, futuraq; calles,
 Qu'q; retro sannas (sicut & ante) uides,
 Tot te cur oculis, tot fingunt uultibus an qu' d
 Circumspectum hominem forma fuisse docet?



Prudens, magis quàm
loquax.



Noctua Cecropijs insignia præstat Athenis,
Inter aues sani Noctua consilij.
Armifera meritò obsequijs sacrata Mineræ est,
Garrula quo cornix cesserat antè loco.

Maturandum.



*Maturare iubent properè, & cunctarier omnes.
 Ne nimium præceptis, neu mora longa nimis,
 Hoc tibi declaret connexum echencide telum,
 Hæc tarda est, uolitant spicula missa manu.*

In depræhensum.




*Iam dudum quacunque fugis te persequor, at nunc
 Cassibus in nostris denique captus ades.
 Amplius haud poteris vires eludere nostras.
 Ficulno anguillam strinximus in folio.*

Custodiendas virgines.



vera hæc effigies in nupta est Palladis: eius
 Hic Draco, qui domina constitit ante pedes.
 Cur diuæ comes hoc animal custodia rerum
 Huic data, sic lucos, sacraq; templa colit.
 In nuptas opus est cura asseruare puellas
 Peruigili, laqueos undique tendit amor.

Vino prudentiam augeri.



Hæc Bacchus pater, & Pallas communiter anbo
 Tempa tenent, soboles utraq; uera Iouis:
 Hæc caput, ille femur soluit: huic usus oliui
 Debitus: inuenit primus at ille merum.
 Iunguntur merito, quæd si qui abstemius odit
 Vina: Deæ nullam sentiet auxilium.

Prudentes vino abstinent.



Quid me vexatis rani? sum Palladis arbor,
 Auferte hinc botros uirgo fugit Bromium.



In statuam Bacchi.

DIALOGISMVS.



Bacche pater: quis te mortali lumine nouit?
 Et doctus effinxit quis tua membra manu?
 Praxiteles, qui me rapientem Gnosida uidit.
 Atque illo pinxit tempore qualis eram.
 Cur iuuenis, teneraque etiam lanugine uernat
 Barba, queas Pylum cum superare senem?

Muneribus quandoque meis si parcere disces
 Junior, & forti pectore semper eris.
 Tympana non manibus, capiti non cornua desunt.
 Quos (nisi dementis): alia signa decent?
 Hoc doceo, nostro quòd abusus munere sumit
 Cornua: & insanus mollia sistrā quatit.
 Quid uult ille color membris penè igneus (omen
 Absit) an humanis urcris ipse focis?
 Cùm Semel es de ventre parens me fulmine traxit
 Igniuomo: infelūm puluere merst aquis.
 Hinc sapit hic, liquidus qui nos bene diluit urdis:
 Qui non ardeni torret ab igne iecur.
 Sed nunc me doceas quò uis miserere? & qua
 Te sanus tutum prendere lege queat?
 Quadrantem addat aque, calicē sumpsisse palam.
 Qui cupit hoc sumi: pericula mori uanat.
 Stes iura heminas: nam qui recedere tendit
 Ulerā: alacer, sed mori ebrius inde ferit.
 Res dura hæc nimium, sunt pendula guttura dulci
 Tu fluis. Heu facile commoda milia cadunt.



Gramen.



*Gramineam Fabio patres tribuere corollam,
 Fregerat ut Pœnos Hannibalémq; mora.
 Occulit inflexo nidum sibi gramine alauda,
 Vulgo aiunt, pullos sic fouet illa suos.
 Saturno Martiq; sacrum, quo Glaucus adæso
 Polybides, factus creditur esse Deus.
 His meritò arguitur nodis tutela salúsq;,
 Herb.íq; tot vires hæc digitalis habet.*


IVSTITIA.

Nec verbo, nec facto quen-
quam lædendum.




Assequitur, Nemoſiſq; uirum uestigia ſeruat,
Coniinet & cubitum, duraq; ſrena manu.
Nè malè quid faciās: nè ue improba uerba loquaris:
Et iubet in cunctis rebus ad eſſe modum.

Tandem, tandem Iustitia
obtinet.



*Acacide Hectoreo perfusum sanguine scutum,
 Quod Græcorum Ithaco concio iniqua dedit:
 Iustior arripuit Neptunus in æquora iactum
 Naufragio, ut dominum posset adire suum.
 Littoreo Aiæcis tumulo nanque inuulit unda,
 Que boat, & tali uoce sepulchra ferit.
 Viciisti Telamoniade, tu dignior armis.
 Affectus fas est cedere iustitiæ.*

Etiā ferocissimos domari.




Romanum postquā in cōquū, Cicerone perempto.
 Perdiderat patrie pestis acerba sua:
 Inscendit currus victor, iunxitq; leones,
 Compulit & durum colla subire iugum,
 Magnanimos cessisse suis Antenius armis,
 Ambage hac cupiens significare duces.

Gratiam referendam.



Aërio insignis pietate Ciconia nido,
 Inuestes pullos pignora grata fouet.
 Taliâq; expectat sibi munera mutua reddi,
 Auxilio hoc quoties mater egebit anus.
 Nec pia spem soboles fallit, sed fessa parentum
 Corpora fert humeris, præstat & ore cibos.

Abstinentia.



*Marmoræ in tumulis una stat parte columnæ
 Urceus, ex alia cernere mullunium est.
 Ius hæc forma monet dictum sine sordibus esse,
 Defunctum puras atque habuisse manus.*

Bonis à diuitibus, nihil
timendum.



Iunctus contiguo Marius mihi pariete, nec non
Subbardus, nostri nomina nota fori,
Aedificat bene nummati, sataguntq; uel ultrò
Obstruere heu nostris undique luminibus.
Me miserum, geminae quem tamquam Phineae raptam
Harpyiae, ut proprijs sedibus eiciant.
Integritas nostra, atque animus quaesitor honesti,
His nisi sint Zetes, his nisi sint Calais.

FORTITVDO.
Signa Fortium.
DIALOGISMVS.



Que te causa mouet uolueris Saturnia, magni
 Vt tumulo insideas ardua Aristomenis?
 Hoc monco. Quātū inter aues ego robore præsto,
 Tantū Semideos inter Aristomenes,
 Insidiant timida timidorum busta columbæ,
 Nos aquilæ intrepidis signa benigna dammus.

Ἀνέχεσθε καὶ ἀπέχεσθε.



Et toleranda homini tristis fortuna serendo est,
 Et nimium felix sepe timenda fuit.
 Sustine (Epictetus dicebat) & abstine. oportet
 Multa pati, illicitis absq; tenere manus.
 Sic ducis imperium uinctus fert poplite taurus
 In dextro: sic se continet à grauidis.

In adulari nescientem.



Scire cupis dominos toties cur Thessalis ora
 Mutet, & ut uarios querat habere duces:
 Nescit adulari, cuiquamue obrudere palpum,
 Regia quem morem principis omnis habet.
 Sed ueluti ingenuus sonipes, dorso excutit omnem,
 Qui moderari ipsum nesciat Hippocomon.
 Nec seuire tamen domino fas. ultio sola est,
 Dura ferum ut iubeat ferre lupata magis.

Obdurandum aduersus
vrgentia.



Nititur in pondus palma, & consurgit in arcum,
 Quo magis & premitur: hoc magis tollit onus.
 Fert & odoratas bellaria dulcia glandes,
 Quis mensas inter primus habetur honos.
 I puer, & reptans ramis has collige, mentis
 Qui constantis erit, premia digna feret.


Omnia mea mecum porto.



SCYTHICVM MARE.

Hunnus inops Scythiciq; miserrimus acola ponti,
 Vstus perpetuo liuida membra gelu.
 Qui Cereris non nouit opes, nec dona Lyæi,
 Et pretiosa tamen stragula semper habet:
 Nam murinæ illum perstringunt undiq; pelles.
 Lumina sola patent, cætera opertus agit.
 Sic firẽ haud metuit, sic uentostemnit & himbres.
 Tutus apudq; uiros, tutus apudq; deos.

CONCORDIA.
Concordiæ Symbolum.




Cornicum mira inter se concordia uite est,
Mutua st.úq; illis intemerata fides.
Hinc uolucres hæc sceptrâ gerūt, q; scilicet omnes
Consensu populi st.ántq; cadúntq; duces:
Quem si de medio tollas, discordia præeps.
Aduolat, & secum regia facta trahit.

Concordia.



In bellum ciuile duces cū Roma pararet,
 Viribus & caderet Martia terra suis:
 Mos fuit in partes turmis coeuntibus easdem,
 Coniunctas dextras mutua dona dari.
 Ecce hęc species, id habet Concordia signum,
 Vt quos iungit amor, iungat & ipsa manus.

Concordia insupe-
rabilis .




*Tergeminos inter fuerat concordia fratres.
Tanta simul pietas mutua, & unus amor:
Invicti humanis ut uiribus ampla tenerent
Regna, uno dicti nomine Geryonis.*

Vnum nihil, duos plurimum posse.



Laërte genitum, genitum quoque Tydeos uni,
 Hac cera expressit Zenalis apta manus.
 Viribus hic prestat, hic pollet acumine mentis,
 Nec tamen alterius non eget alter ope.
 Cum duo coniuncti ueniunt, uictoria certa est.
 Solùm mens hominem, dextra uic destruit.

Firmissima conuelli
non posse.




Oceanus quamuis fluctus pater excitet omnes:
Danubiũq; omnem barb are Turca bibas.
Non tamen irrumpes per fracto limite: Casar
Dum Charlus populis bellica signa dabit.
Sic sacrae quercus firmis radicibus astant,
Sicca licet uenti concutiant folia.



S P E S.

Spes proxima.




Innumeris agitur ressub. nostra procellis,
 Et spes uenturae sola salutis adest:
 Non secus ac nauis medio circum aequore uenti
 Quam rapiunt: salsis iamque fatiscit aquis.
 Quòd si Helene adueniant lucentia sidera fratres:
 Amissos animos spes bona restituit.



In simulachrum Spei.


DIALOGISMVS.



Que Dea tam leto suspetans sidera vultus?
 Cuius peniculis reddita imago fuit?
 Elpidij fecere manus. Ego nominor illa,
 Que miseris proptam Spes bona prestat opẽ.
 Cur uiridis tibi pallas? Quod omnia me duce uernẽ.
 Quid manibus mortis tela refracta geris?



In dies meliora.




Rostra nouo mihi setigeri suis obtulit anno,
 Hecq; cliens uentri xenia (dixit) habe.
 Progreditur semper, nec retro respicit unquam,
 Gramina cum pando proruit ore uorax.
 Cura uiris eadem est, ne spes sublapsa retrorsum
 Cedat: & ut melius sit, quod & ulterius.

Illicitum non sperandum.




Spes simul, et Nemesis nostris altariibus adsunt,
 Scilicet ut spes non nisi quod liceat.






PVDICITIA.




Porphirio domini si incestet in adibus uxor,
 Despondetq; animum, r. r. eq; dolore perit.
 Abdita in arcanis nature est causa. sit index
 Syncere hæc uolucris certa pudicitie.




VITIA.

PERFIDIA.

In victoriam dolo partam.



Aiacis tumulum lachrymis ego perluo virtus.
 Heu misera albentes dilacerata comas.
 Scilicet hoc restabat adhuc, ut iudice Græco
 Vinceret: & causa stet potiore dolus.



In fraudulentos.



Parua lacerta, atris stellatus corpora guttis
 Stellio, qui latebras, & caua busta colit,
 Inuidie, prauique doli fert symbola pictus.
 Heu nimium nuribus cognita zelotypis.
 Nam turpi obtegitur faciem lentigine quisquis,
 Sit quibus immersus Stellio, uina bibat.
 Hinc uindicta frequens decepta pellice uino,
 Quam formæ amisso flore relinquit amans



Dolus in suos.



Altilis alle Etator anas, & cerula pennis
 Adsueta ad dominos ire redire suos.
 Congenres cernens uolitare per aëra turmas
 Garrit: in illarum se recipitque gregem,
 Prætensa incautas donec sub retia ducat.
 Obstrepitant captæ, conscia at ipsa silet.
 Perfida cognato se sanguine polluit ales,
 Officiosa alijs, exitiosa suis.



Maledicentia.




Archilochi tumulo insculptas de marmore uespas
Esse ferunt, lingue certa sigilla male.



In receptatores sicariorum.




Latronum furūmque manus tibi Scæua per urbem
 It comes: & diris cincta cohors gladijs.
 Atque ita te mentis generosum prodige censes,
 Quòd tua complures allicit olla malos.
 En nouus Actæon, qui postquam cornua sumpsit,
 In prædam canibus se dedit ipse suis.




In adultores.




*Semper hiat, semper tenuem qua uescitur auram,
 Reciprocatur Chamæleon,
 Et mutat faciem, uarios sumitq; colores,
 Præter rubrum, uel candidum:
 Sic & Adulator populari uescitur aura,
 Hiânsq; cuncta deuorat.
 Et solum mores imitatur principis atros,
 Albi, & pudici nescius.*






Ei qui semel sua prodegerit, aliena
credi non oportere.



Colchidos in gremio nidum quid congeris? cheu
Nescia cur pullos tam malè credis auis?
Dira parens Medæa suos seuissima natos
Perdidit, & speras parcat ut illa tuis?



STULTITIA.

Temeritas.



*In præceps rapitur, frustra quoque tenet habenas
 Auriga: effreni quem uehit oris equus.
 Haud facile huic credas, ratio quem nulla gubernat,
 Et temerè proprio ducitur arbitrio.*

Furor, & rabies.




Ora gerit clypeus rabiosi picta leonis,
 Et scriptum in summo margine carmen habet:
 Hic hominum est terror, cuius possessor Atrida
 Talia magnanimus signa Agamemno tulit.

In temerarios.



Aspicias aurigam curus Phaëtona paterni
 Ignumos a sum flectere solis equos.
 Maxima qui postquam terris incendia sparsit:
 Est temerè infesso laesus ab axe miser.
 Sic plerique rotis Fortune ad sidera Reges
 Euecti, ambicio quos iuuenilis agit:
 Post magnam humani generis clademque suamque,
 Cunctorum pœnas denique dant scelerum.

In eos qui supra vires quicquam audent.



Dum dormit, dulci recreat dum corpora somno,
 Sub picea, & clauam ceteraque arma tenet,
 Alciden. Pygma a manus posternere letho
 Posse putat: vires non bene docta suas.
 Excitus ipse, uelut pulices, sic proterit hostem,
 Et seui in plicum pelle leonis agit.

Impossibile.



*Abluis Aethiopem, quid frustra? ab desine, noctis
Illustrare nigræ nemo potest te nebræ.*



Cuculi.




Ruricolae, agreste genus, plerique cuculos
 Cur uocitent, quænam prodita causa fuit?
 Vere nouo cantat Coccyx, quo tempore uites
 Qui non absoluit, iure notatur incers.
 Fert oua in nidos alienos, qualiter ille
 Cui thalamum prodit uxor adulterio.

Vespertilio.



Assumpsisse suum uolucris ex Meneide nomen,
 Socraticum autores Chærephoonta ferunt.
 Fuscæ uero facies, & stridens uocula, tali
 Hunc hominem potuit commaculare nota.



Aliud.



Vespere quæ tantum uolitat, quæ lumine luscæ est,
 Quæ cum alas gestet, cætera muris habet,
 Ad res diuersas trahitur mala nomina primum
 Signat, quæ latitant iudiciumq; timent.
 Inde & philosophos, qui dum cælestia querunt,
 Caligant oculis, falsaq; sola uident.
 Tandem & uersutos, cum clam se sectentur uirumq;
 Acquirunt neutra qui sibi parte fidem.

Ira.



*Alc. am ueteres caudam dixere Leonis,
 Qua stimulante iras concipit ille granes.
 Lutea cum surgit bilis, crudescit & atro
 Felle dolor, furias excitat indomitas.*

In eum qui sibi ipsi damnum
apparat.



Capra lupum non sponte, meo nunc ubere lacto,
Quod malè pastoris prouida cura iubet.
Creuerit ille simul, mea me post ubera pascet.
Improbilas nullo stetit obssequio.

Fatuitas.



Miraris nostro quòd earmine diceris Otus,
 Sit uetus à proavis cum tibi nomen Otho.
 Aurita est, similes, & habet ceu noctua plumas,
 Salt: antèmq; auceps mancipat aptus auem.
 Hinc fatuos, captu & faciles, nos dicimus otos,
 Hoc tibi conueniens tu quoque nomen habe.

Obliuio paupertatis parens.




Cum lupus esuriens mandit ceruarius escam,
 Præq; fame captum deuorat hinnuleum,
 Respiciat si forte aliò, uel lumina uertat,
 Præsentem oblitus quem tenet ungue cibum,
 Queritat incertam (tanta est obliuio) prædam.
 Qui sua neglexit stultè, aliena petit.

S V P E R B I A .


Superbia.



En statu a statua, & ductum de marmore marmor,
 Se conferre deis ausa procax Niobe.
 Est uitium muliebri superbia, & arguit oris
 Duritiem, ac sensus, qualis inest lapidi.



Impudentia.



*Pube tenus mulier, succincta latrantibus infra
 Monstrorum catulis, Scylla biformis erat.
 Monstra putantur auarities, audacia, raptus.
 At Scylla est nullus cui sit in ore pudor.*



φιλαυτία.



Quòd nimium tua forma tibi Narcisse placebat,
 In florem, & noti est uersa stuporis olus.
 Ingenij est marcor, cladésque Philautia: doctos
 Quæ pessum plures dâtque deditque uiros.
 Qui ueterû abiecta methodo, noua dogmata q̄runt,
 Nîlque suas præter tradere phantasias.

Garrulitas.



Quid matutinos Progne mihi garrula somnos
 Rumpis? & obstrepero Daulias ore canis?
 Dignus epops Tereus, qui maluit ense putare
 Quam linguam immodicam stirpitus eruere.

INVIDIA.




*Squallida uipereas manducans fœmina carnes,
 Cuique dolent oculi, quæq; suum cor edit,
 Quæ im macies, & pallor habent, spinæq; gestat
 Tela manu. Talis pingitur inuidia.*

L V X V R I A .

Luxuria.



*Eruca capripes redimitus tempora Faunus
 Immodicæ Veneris symbola certa refert.
 Est eruca salax, indéxque libidinis hircus,
 Et satyri nymphas, semper amare solent.*




Luxuriosorum opes.



Rupibus aëris, summi que crepitine saxi
 Immites fructus ficus acerba parit,
 Quos corui comedunt, quos deuorat improba cornix
 Qui nihil humane commoditatis habent.
 Sic fatuorum opidus parasiti, et scoria fruuntur:
 Et nulla iustos utilitate iuuant.

Tumulus meretricis.

Διαλογικῶς.



Quis tumulus? Cuius urna? Ephyræ est Laidos, ah, nō
 Erubuit tantum perdere Parca decus?
 Nulla fuit tum forma, illam iam carpsit ætas,
 Iam speculum Veneri cauta dicat anus.
 Quid sculptus sibi ault aries q uem parte leæna
 Vnguibus apprehensum posteriore tenet?
 Non aliter captos quòd & ipsa teneret amantes,
 Vir gregis est aries, clune tenetur amans.

In amatores meretricum.



villosæ indutus piscator tegmina capræ,
 Addidit ut capiti cornua bina suo,
 Fallit amatorem stans summo in littore Sargum:
 In laqueos sini quem gregis ardor agit.
 Capra refert scortum, similis fit Sargus amanti,
 Qui miser obsceno captus amore perit.

Cauendum à meretricibus.




Sole sate Circes tam magna potentia fertur,
 Verterit ut multos in noua monstra uiros.
 Testis equum domitor Picus, cum Scylla biformis,
 Atque Ithaci postquam uina bibere sues.
 Indicat illustri meretricem nomine Circe,
 Et rationem animi perdere, quisquis amat,

Amuletum Veneris.



Inguina dente fero suffosum Cypris Adonis
 Lactuce folijs condidit exanimem.
 Hinc genitali aruo tantum lactuca resistit,
 Quantum eruca salax uix stimulare potest.

Inuiolabiles telo Cupidinis.



Ne dirus te uincat amor, neu fœmina mentem
 Diripiat magicis artibus ulla tuam:
 Bacchica auis presto tibi motacilla paretur,
 Quam quadriradiam circuli in orbe loces:
 Ore crucem & cauda, & geminis ut complices alis,
 Tale amuletum carminis omnis erit.
 Dicitur hoc Veneris signo Pagaseus Iason
 Phasiacis ledi non potuisse dolis.

Lasciuia.

P R O B L E M A .



Delicias, & molliciem mus creditur albus
 Arguere, at ratio non sat aperta mihi est.
 An quòd ei natura salax, & multa libido est?
 Ornat Romanas an quia pelle nurus?
 Sarmaticum murem uocitant plerique Zibellum,
 Et celebris suaui est unguine muscus Arabs.

DESIDIA.

Desidia.




Desidet in modio Esseus, speculator & astra,
 Subtus & accensam contegit igne sa. em.
 Segnities specie recti uelata cuculo,
 Non se, non alios utilitate iuuat.

Desidiam abijciendam.



Quisquis iners abeat Nam in chœnice fig. ve sedem,
 Nos prohibent Samij dogmata sancta senis.
 Surge igitur: duroque manus adsuesce labori,
 Det tibi dimensos crastina ut hora cibos.

In facile à virtute descen-
scentes.



Parua uelut limax spreto Remora impete uenti,
Remorùmque, ratem sistere sola potest.
Sic quosdam ingenio, & uirtute ad sidera uectos,
Detinet in medio tramite, causa leuis:
Anxia lis ueluti est: uel qui meretricius ardor
Egregijs iuuenes seuocat à studijs.

Ignauī.



Ignauī ardeolam stellarem effingere serui
 Et studia, & mores, fabula prisca fuit.
 Quae famulum Asteriā uolucris sumpsisse figuram:
 Est commentus: fides sit penes historicos.
 Degener hic ueluti qui cauet in aëre falco est,
 Dictus ab antiquis uatibus ardelio.

A V A R I T I A .

Auaritia.




Heu miser in medijs sitiens stat Tantalus undis,
 Et poma esuriens proxima, habere nequit.
 Nomine mutato de te id d'cetur avarae,
 Qui, quasi non habeas, non frueris quod habes.

In auaros.



Septitius populos inter ditissimus omnes,
 Arua senex nullus quo magis ampla tenet.
 Defraudans geniũmque suum, mensasq; paratas,
 Nil præter betas, durâque rapa uorat.
 Cui similem dicam hunc, in opem quem copia reddit?
 An' ne asino? Sic est: instar hic eius habet.
 Nanque asinus dorso pretiosa opsonia gestat.
 Sêque rubo, aut dura carice pauper . lit.

In aulicos.



Vana Palatinos quos ducat aula clientes,
Dicitur auratis ne clere compedibus.



Infordidos.



Quæ rostro (clystere uelut) sibi proluit aluum
 Ibis, Nilivæ cognita litioribus,
 Transijt opprobrij ea nomen, quo Publius hostem
 Naso suum appellat, Battiadés que suum.

In diuites publico malo.



Anguillas quis quis captat, si limpida uerrat
 Flumina, si illimes ausit adire lacus,
 Cassus erit, ludetque operam, multum excitet ergo
 Si creta, & uitreas palmula turbet aquas:
 Diues erit Sic us res publica turbida lucro est,
 Qui pace, ac etati legibus, suriunt.

In auaros, vel quibus melior
conditio ab extraneis
offertur .



Delphini insidens uada cœrula sulcat Arion,
Hocque aures mulcet, frænâ et ora sono.
Quàm sit auari hominis, non tã mēs dira ferarũ est:
Quique uiris rapimur, piscibus eripimur.

G V L A.



Curculione gruis tumida uir pingitur aluo,
 Qui Laron, aut manibus, gestat Onocrotalum
 Talis forma fuit Dionysi, & talis Apici,
 Et gula quos celebres deliciofa facit.



Oeni effigies. De his qui meretricibus donant, quod in bonos vsus verti debeat.



Impiger haud cessat finem contexere sparto,
 Humidique artifici iungere fila manu.
 Sed quantum multis uix torquet strenuus horis,
 Protinus ignaui uentris asella uorat.
 Œmnia iners animal facili congesta marito
 Lucra rapit, mandum prodigit inq; suum.

In parasitos.



Quos tibi donamus, flumiales accipe cancos,
 Munera conueniunt moribus ista tuis.
 His oculi uigiles, & forfice plurimus ordo
 Chelarum armatus, maximaque aluus adest.
 Sicuti propensus stat pingui abdomine uenter,
 Pernicesque pedes, spiculaque apta pedi.
 Cum uagus in trinijs, mensæq; sedilibus erras,
 Inq; alios mordax scommata falsa iacis.

Paruam culinam, duobus
ganeonibus non
sufficere.



In modicis nihil est quod quis lucretur: & unum
Arbustum geminos non alit Erythacos.

A L I V D.

In tenui spes nulla lucri est: unôq; residunt
Arbusto gemine non bene Ficedule.

Captivus ob gulam.



Regnatorq; penus, mensq; arrosor herilis
 Ostrea mus summis uidit hiulca labris.
 Quis tenera appones barbã falsa ossa momordit,
 Ast ea clauserunt tanta repente domum.
 Deprensus et tetro tenuerunt carcere furem,
 Semet in obscurum qui dederat tumulum.

In garrulum & gulosum.



Voce boat torua, praelargo est gutture, rostrum
 Instar habet nasi multiforisque tubæ.
 Deformem rabulam, addictum uentrique guleq;
 Signabit, uolucet cum truo pictus erit.

DOCTORVM AGNO-
MINA.

Moris uetusti est, aliqua professoribus
 Superadijci cognomina.
 Faciles apertósq; explicans tantum locos,
 Canon uocatur Curtius.
 Reuoluitur qui eodem, & iterátq; nimis
 Meander, ut Parisius.

Obscurus & confusus, ut Picus fuit,
 Labyrinthus appellabitur.
 Nimis breuis, multa amputans, ut Claudius,
 Mucronis agnomen feret.
 Qui uel columnas uoce rumpit, Parpalus,
 Dictus truo est scholasticis.
 Contra est uocatus, tenuis esset Albius
 Quod uoce, uespertilio.
 At ultimas mutilans colobotes syllabas,
 Hirundo Crassus dicitur.
 Qui surdus alijs, solus ipse uult loqui,
 Ut sturnus in prouerbio est.
 Hic blesus, ille raucus, iste garricens.
 Hic sibilat ceu uipera.
 Tumultuatur ille rictu & naribus.
 Huic lingua terebellam facit.
 Singultit alius, atq; tussit hesitans.
 Conspuit alius ut psecas.
 Quam multa rebus uitia in humanis agunt,
 Tam multa surgunt nomina.



N A T V R A.
Vis naturæ.



Pana colunt gentes, (naturam hoc dicere verum est)
Semicorūmq; hominem, semiuirūmq; Deum.
Est uir pubi. tenuis, quod nobis insita uirtus
Corde oriens, celsa uerticis arce sedet.
Hinc caper est, quia nos natura in secla propagat
Concubitu: ut uolucres, squamea, bruta, feras.
Quod commune alijs animantibus, est caper index
Luxuriæ, Veneris signūque aperta gerit.
Cordi alijs sophian, alijs tribuere cerebro.
Inferiora modus, nec ratio ulla tenet.

Ars Naturam adiuuans.




Vt speret Fortuna, cubo sic insidet Hermes:
 Artibus hic, uarijs casibus illa præest.
 Aduersus uim Fortunæ est ars facta, sed artis
 Cum Fortuna mala est, sepe requirit opem.
 Discite bonas artes igitur studiosa iuuentus,
 Quæ certe secum comoda sortis habent.

In iuuentam.



Natus uterque Iouis, tener atque imberbis uterq;
 Quem Latona tulit, quem tulit & Semcle,
 Saluete, æterna simul & florete iuuenta,
 Numine sit nostro que diuturna mihi.
 Tu uino curas, tu uictu dilue morbos,
 Ut lento accedat sera senectæ pede.

In quatuor tempora anni.



Aduenisse hycem fringilla renuntiat ales.
 Ad nos uere nouo garrula hirundo redit.
 Indicat astatem sese exspectare cuculus.
 Autumno est tantum cernere ficedulas.


ASTROLOGIA.

Scyphus Nestoris.



Nestoreum geminis cratera hunc accipe fundis,
 Quod grauis argenti massa profudit opus.
 Clauiculi ex auro: stant circum quatuor anse:
 Vnam quanque super fulua columba sedet.

*Solus eum potuit longæuus tollere Nestor.
 Meonide doceas quid sibi musa uelis?
 Est cœlum scyphus ipse. color argenteus illi est:
 Aurea sunt cœli sidera clauiculi.
 Pleiadas esse putant, quas dixerit ille columbas.
 Umblici gemini, magna minorque fera est.
 Hec Nestor longo sapiens intelligit usu,
 Bella gerunt fortes, callidus astra tenet.*



Quæ supra nos, nihil ad nos.



Caucasia aeternum pendens in rupe Prometheus
 Diripitur sacri præpetis ungue iecur.
 Et nollet fecisse hominem: figulosque perosus
 Accensam raptò damnat ab igne facem.
 Roduntur uarijs prudentum pectora curis,
 Qui cœli affi ctant scire, deûmque uices.

In astrologos.



Icare per superos qui raptus ex aëra, donec
 In mare præcipitem cera liquata daret,
 Nunc te cera eadem, feruensque exuscitat ignis,
 Exemplo ut doceas dogmata certa tuo.
 Astrologus caueat quicquam prædicere. præceptis
 Nam cadet impostor, dum super astra uolat.

Qui alta contemplantur
cadere.



Dum turdos uisco, pedica dum fallit alaudas,
Et iacta aliuolam figit harundo gruem,
Dipsada non prudens auceps pede perculit: ultrix
illa mali, emissum uirus ab ore iacit.
Sic obit, extento qui sydera respicit arcu.
Securus fati, quod iacet ante pedes.


A M O R.
 Potentissimus affectus amor.



Aspice ut inuictus uires aurigaleonis,
 Expressus gemma dussio uincat amor:
 Utq; manu hac scuticã tenet, hac ut flectit habenas,
 Utq; est in pueri plurimus ore decor.
 Dira lues procul esto: feram qui uincere tu'em
 Est potis, à nobis temperet ànime manus?



Potentia amoris.



*Nudus Amor uiden' ut ridet, placidumq; tue ur?
 Nec faculus, nec que cornua fle ete habet.
 Altera sed manuum flores gerit, altera piscem,
 Scilicet ut terræ iura det, atque mari.*



Vis amoris.



*Aligerum fulmen fregit Deus aliter, igne
Dum demonstrat uti est fortior ignis amor.*



In studiosum captum
Amore.



Immersus studijs, dicundo & iure peritus,
Et maximus libellio,
Helianiran amat, quantum nec Thracius unquam
Princeps sororis pellicem.
Pallada cur alio superasti iudice Cypri?
Num sat sub Ida est uincere?

Ἀντέρωσ, id est amor virtutis.

Διαλογικῶσ,



Dic ubi sunt incurui arcus? ubi tela Cupido?
 Mollia quēis iuuenum figere corda soles?
 Fax ubi tristis? ubi pennæ tres unde corollas
 Fert manus? unde aliam tempora cincta gerunt?
 Haud mihi uulgari est, (hospes) cū Cypride quicquā
 Vlla uoluptatis nos neque forma tulit,
 Sed puris hominum succendo mentibus ignes
 Disciplina: animos astræque ad alta traho.
 Quatuor eq; ipsa texo uirtute corollas,
 Quarum quæ Sophie est, tempora prima tegit.

AVT' ΕΓΩΣ, Amor virtutis, alium
Cupidinem superans.



Aligerum, aligeroque inimicum pinxit Amori,
Arcu arcum, atque ignes igne domans Nemesi.
Ut quæ alijs fecit patiat. at hic puer olim
Intrepidus gestans tela, miser lachrymat.
Ter spuit, inq; sinus imos (res mira) crematur
Igne ignis, furias odit Amoris Amor.

Dulcia quandoq; amara
fieri .



Matre procul lieta, paulum secesserat in fans
Lydius: hunc diræ sed rapuistis apes.
Venerat hic ad uos placidas ratus esse uolucres,
Cum nec ita immittis uipera seua foret.
Quæ datis ah, dulci stimulos pro munere mellis.
Proh dolor, Heu sine te gratia nulla datur.

Ferè simile ex Theocrito.





Alueolis dum mella legit: percussit Amorem
 Furacem mala apes, & summis spicula liquit
 In digitis: tumido gemit at puer anxius ungue.
 Et quatit errabundus humum: Venerique dolore
 Indicat, & grauitur queritur, quòd apicula paruum
 Ipsa inferre animal tam noxia uulnera possit.
 Cui ridens Venus, Hunc imitris tu quoque dixit
 Nate feram, qui das tot noxia uulnera paruus.

In statuam Amoris.




Quis sit Amor, plures olim cecinere Poëta,
 Eius qui uario nomine gesta ferunt.
 Conuenit hoc, q̄ ueste caret, quòd corpore paruus.
 Tela, alisque ferens, lumina nulla tenet.
 Hæc ora, hic habitusque Dei est. Sed dicere tantos
 Si licet in uates, falsa subesse reor.
 Eccur nudus agat? diuo quasi pallia de sint,
 Qui cunctas domiti possidet orbis opes.





Aut qui queso niues bore.ânque euadere nudus,
 Alpinum potuit,strict.ïque prati gelu?
 Si puer est,puerum' ne uocas qui Nestora uincit?
 An nosti Ascræi carmina docta senis?
 Inconstans puer,hic obdurans:pectora quæ iam
 Trans alijt, nunquam linquere sponte potest.
 At pharetras & tela gerit,quid inutile pondus?
 An curu.ore infans cornua dura ualet?
 Alas cur ue tenet,quas nescit in æthera ferre?
 Inscius in uolucrum flectere tela iecur.
 Serpit humi,sempérque uir ùm mortalia corda
 Leat.& haud alas fixæus inde mouet.
 Si cæcus,uit:ânque g.rit,quid tenia cæco
 Vtilis est?ideo num minus ille uidet?
 Quisue sagittiferum credat,qui lumine captus?
 Hic certa,ast cæci spicula uanamouet.
 Igneus est aiunt,uersatq; in pectore flammæ.
 Cur age uiuit adhuc? omnia flamma uorat.
 Quinetiam tumidis cur non extinguitur undis,
 Naiadum quoties mollia corda subit?
 At tu ne tantis capiare erroribus audi,
 Verus quid sit Amor carmina nostra ferent.
 Iucundus labor est,lasciua per ocia.signum
 Illius est,nigro punica glans clypeo.




In obliuionem patriæ.



Iam dudum missa patria, oblitusque tuorum,
 Quos tibi seu sanguis, siue paruus amor,
 Romam habitas: nec cura domum subit ulla reuertî.
 Aeternæ tantum te capit urbis honos.
 Sic Itacùm præmissa manus dulcedine Loti
 Liquerat & patriam, liquerat atque ducem.



Sirenes.



Absque alis uouicres & crucibus absque puellas,
 Rostro absq; & piscis, qui tamen ora canant,
 Quis putet esse illos? iungi hæc natura negauit
 Sirenes fieri sed potuisse decet.
 Illicitum est mulier, que in piscem desinit atrum,
 Plurima quòd secum monstra libido uehit.
 Aspectu uertis, animi candore, trahuntur,
 Parthenope, Ligia, Leucosiæque uiri.
 Has mus, explumata, has atque illudit Ulysses.
 Scilicet est doctis cum meretrice nihil.



Senex puellam amans.




Dum Sophocles (quamvis affe^{ct}a etate) puellam
 A questu Archippen ad sua vota trahit,
 Allicit & pretio, tulit egrè insana iuuentus
 Ob zelum, & tali carmine utranq; e notat.
 Noctua ut tumulis, super utq; cadaver, a bubo,
 Talis apud Sophoclem nostra puella sedet.



In colores.




Index mœstitiæ est pullus color, uimur omnes
 Hoc habitu, tumulis cum damus inferias.
 At sinceri animi, et mentis stola candida pura.
 Hinc syndon sacris linca grata uiris.
 Nos sperare docet uiridis. Spes dicitur esse
 In uiridi, quoties irrita retro cadit.



Et cupidis flauus color, est & amantibus aptus,
 Et scortis, & quæis spes sua certa fuit.
 At ruber armatos equites exornet amictus,
 Indicet & pueros erubuisse pudor.
 Ceruleus natus, & qui coelestia uates
 Attoniti nimia relligione petunt.
 Vilia sunt giluis natiu. ique uellera birris,
 Qualia lignipedes stragula habere solent.
 Quem cure ingentes cruciant, uel zelus amoris
 Creditur hic fulua non malè ueste regi.
 Quisquis sorte sua contentus, ianthina gestet,
 Fortune equanimis tædia quique ferat.
 Vt uaria est natura coloribus in gignendis,
 Sic alijs aliud: sed sua cuique placent.



FORTUNA.
Virtuti, Fortuna comes.



Anguibus implicitis, geminis caduceus alis,
Inter Amalthææ cornua rectus adest.
Pollentes sic mente uiros, sandique peritos
Indicat, ut rerum copia multa beet.

Fortuna, Virtutem superans.



Cesareo postquam superatus milite, uidit
 Ciuili undantem sanguine Pharsaliam:
 Iam iam stricturus moribunda in pectora ferrum,
 Audaci hos Brutus protulit ore sonos:
 Infelix Virtus & solus prouidauerbis,
 Fortunam in rebus cur sequeris dominam?


Paupertatem summis ingenijs
obesse, ne prouchantur.



*Dextra tenet lapidem, manus altera sustinet alas.
Ut me pluma leuat: sic graue mergit onus.
Ingenio poteram superas uolitare per arces,
Me nisi paupertas inuida deprimeret.*

In occasionem.

Διαλογισμῶς.



Lysippi hoc opus est, Sycion cui patria. Tu quis?
 Cuncta domans capti temporis articulus.
 Cur pinnis stas usque rotor. Talaria plantis
 Cur retines? Passim me leuis aura rapit.
 In dextra est tenuis dic unde nouacula? Acutum
 Omni acie hoc signum me magis esse docet.
 Cur in fröte coma? Occurrens ut prædar. At heus tu
 Dic cur pars calua est posterior capitis?
 Ne semel alipedem si quis permittat abire,
 Ne possim apprenso postmodò crine capi.
 Tali opifex nos arte, tui causa, edidit hospes.
 Viq; omnes moneam: per gula aperta tenet.

In subitum terrorem.



Effuso cernens fugientes agmine turmas,
 Quis meamunc inflat cornua? Faunus ait.



In illaudata laudantes.




Ingentes Galatùm semcermi milite turmas,
 Spem præter trepidus fuderat Antiochus,
 Lucarum cùm seua bouum uis, ira proboscis,
 Tum primùm hostiles corripuisset equos.
 Ergo trophæa locans Elephantis imagine pinxit,
 Insuper & socijs occideramus ait,
 Bellua seruasset ni nos fœdissima barrus.
 Vt superasse iuuat: sic superasse pudet.

In momentaneam felicitatem.




Aëriam propter creuisse Cucurbita pinum
 Dicitur: et gran ti luxur asse coma.
 Cùm ramos com- l xa, in sum q; egressa cacumen,
 Se præ stare alijs credidit arboribus.
 Cui pinus: Nimum brevis st hæc gloria nam te
 Protinus adueniet quæ malè perdet hycms.

Ex damno alterius, alterius utilitas.




Dum seuis ruerent in mutua uulnera telis,
 Vngue leana ferox, dente timendus aper,
 Accurrit uultur spe etatum, et prandia captat.
 Gloria uictoris, prada futura sua est.



Bonis auspicijs incipiendum.



Auspicijs res coepta malis, bene cedere nescit.
 Felici quae sunt omine facta, iuuant.
 Quicquid agis, mustella tibi si occurrat, omitte:
 Signa male hae sortis bestia praua gerit.



Nilreliqui.



Scilicet hoc deerat, post tot mala denique nostris
 Locustæ ut raperent, quicquid inesset, agris.
 Vidimus innumeras Euro duce tendere turmas,
 Qualia non Atyle, castrâue Xerxis erant.
 Hæ scœnum, milium, corda omnia consumpserunt,
 Spes et in angusto est, stant nisi uota super.

Malè parta, malè dilabuntur.



Miluis edax, nimis quem nausea torserat esca,
 Hei mihi mater ait uiscera ab ore fluunt.
 Illa autem, quid sis? cur hæc tua uiscera credas,
 Qu. raptò uiuens sola aliena uomis?

Semper presto esse infortunia.



Ludebant parili tres olim ætate puellæ
 Sorâibus: ad Stygias quæ prior iret aquas.
 Ast cui iactato malè cesserat aiea talo,
 Ridebat sortis cæca puella suæ.
 Cùm subitò ietâ caput labente est mortua tecto,
 Soluti & audacis debita fati ioci.
 Rebus in aduersis mala fors non fallitur: ast in
 Faustis, nec precibus, nec locus est manui.

Remedia in arduo, mala
in prono esse.




Aetherijs postquàm deiecit sedibus Aten
Iuppiter: heu uexat quàm mala noxa uiros?
Euolat hæc pedibus celer, & pernicious alis,
Intactumque nihil casibus esse sinit.
Ergo Litæ, proles Iouis, hanc comitantur euntem,
Sarturæ quicquid fecerit illa mali.
Sed quia segnipedes, Iusæ, lassæq; senectæ,
Nil nisi post, longo tempore restituunt.


H O N O R.

Ex arduis perpetuum nomen.



*Crediderat platani ramis sua pignora passer,
 Et bene: ni suo uisa dracone forent.
 Glutijt hic pullos omnes, miseramque parentem
 Saxeus, & tali dignus obire nece.
 Hæc, nisi mentitur Calchas, monumenta laboris
 Sunt longi, cuius fama perennis eat.*






Ex literarum studijs immor-
talitatem acquiri.



Neptuni tubicen, cuius pars ultima cetum,
Aequoreum facies indicat esse Deum:
Serpentis medio Triton comprehenditur orbe,
Qui caudam inserto mordicus ore tenet.
Fama viros animo insignes, præclarâque gesta
Prosequitur: toto mandat & orbe legi.




Tumulus Ioannis Galeacij Vice-
comitis, primi Ducis Mediol.



Pro tumulo pone Italiam, pone arma, Ducēsq;
Et mare, quod geminos mugit adūsque sinus.
Adde his barbariem conantem irrumpere frustra,
Et mercede emptas in fera bella manus.
Anguiger est summo sistens in vulmine, dicat:
Quis paruis magnam me super imposuit?

Optimus ciuis.




Dum iustis pariam Thrasybulus uindicat armis,
 Dúmque simulates ponere quemque iubet,
 Concors ordo omnis magni instar muneris, illi
 Palladiæ sertum frondis habere dedit.
 Cinge comã Thrasybule, geras hunc solus honorẽ,
 In magna nemo est ænulus urbe tibi.

Strenuorum immortale
nomen .



Acacide tumulam Rhœtæo in litore cernis,
 Quem plerunque pedes uisitât alba Thetis.
 Obtegatur semper uiridi lapis hic amarantho,
 Quod nunquam herois sit moriturus honos.
 Hic Graiû murus magni nex Hectoris. haud plus
 Debet Meonide, quàm sibi Meonides.

Nobiles & generosi.



*Aurea Cæcropias ne tēbat fibula uestes:
 Cui coniuncta tenax dente cicada fuit.
 Calceus Arcadico suberat cui linula ritu,
 Gestatur patribus mullea Romulidis.
 Indigenas quòd se adsererent: hæc signa tulerunt
 Antiqua illustres nobilitate uiri.*

Duodecim certamina Herculis.

Ἀλκυονίδης.



Roboris inuicti superat facundia laudes.
 Dicta Sophistarum laqueosq; resoluit inanes.
 Non furor, aut rabies uirtute potentior ulla est.
 Continuum ob cursum sapienti opulencia cedit.

Spernit

Spernit auaritiā, nec rapto aut sc̄nore gaudet.
 Vincit, sc̄mineos spoli.ūque insignibus actus.
 Expurgat sordes, & cultum mentibus addit.
 Illicitos odit coitus, abigitque nocentes.
 Barbaries, feritāsque dat impia denique p̄enam.
 Vnius uirtus collectos dissipat hostes.
 Inuehit in patriā exterius bona plurima ab oris.
 Doctus per ora uirū uolat, & non interit unquā.




In nothos.



Herculeos spurij semper celebretis honores:
 Nam uestri princeps ordinis ille fuit.
 Nec prius esse deus potuit, quàm suggeret infans
 Lac, sibi quod fraudis nescia Iuno dabat.

Imparilitas.



Ut sublimis volans tenuem secat aëra falco,
 Ut pascuntur humi graculus, anser, anas:
 Sic summū scandit super aëthera Pindarus ingens,
 Sic seit humi tantum serpere Bacchilydes.

In desciscentes.



Quòd sine egregios turpi maculaueris orsus,
 In noxámque tuum uerteris officium,
 Fecisti, quod capra, sui mulctaria lactis
 Cum ferit, & proprias calce profundit opes.

Aemulatio impar.



Altiolam miluus comitatur degener harpam,
 Et præde partem sæpe cadentis habet.
 Mullum prosequitur qui spretus sargus ab illo,
 Præteritasq; avidus deuorat ore dapes.
 Sic mecum Oenocrates agit: at deserta studentum
 Vtitur hoc lippo curia tanquam oculo.


Albutij ad Alciatum, suadentis vt
de tumultibus Italicis se
subducat: & in Gallia
profiteatur.



*Quæ dedit hos fructus arbor, cœlo aduena nostro,
Venit ab Eoo Persidis axe prius:
Translatu facta est melior: quæ noxia quondam
In patria: hinc nobis dulcia poma gerit.
Fert folium lingue, fert poma simillima cordi,
Alciate hinc uitam degere disce tuam.
Tu procul à patria in pretio es maiore futurus:
Multum corde sapis, nec minus ore uales.*

P R I N C E P S .

Princeps subditorum incolu-
mitatem procurans.



Titanij quoties conturbant æquora fratres,
Tum miseros nautis anchora iacta iuuat.
Hanc pius erga homines Delphin cõplectitur: imis
Tutius ut possit figier illa uadis.
Qu'ni decet hæc memores gestare insonia Reges?
Anchora quod nautis, se populo esse suo?


In Senatum boni principis.

DIALOGISMVS.



Effigies manibus trunca ante altaria Diuum
 Hic resident: quarum lumine capta prior.
 Signa Potestatis summe, Sanctiq; Senatus
 Thebanis fuerant ista reperta uiris.
 Cur resident? Quia mente graues decet esse quieta
 Iuridicos: animo nec uariare leui.
 Cur sine sunt manibus? Capiant ne xenia: nec se
 Pollicitis flecti muneribusue sinant.
 Cecus at est princeps. Quòd solis auribus, absque
 Affectu, constans iussa Senatus agit.

Quod non capit Christus,
rapit fiscus.



Exprimit humentes, quas iam madefecerat antè
Spengiolas, cupidi Principis arcta manus.
Prouehit ad summum fures: quos deinde coërcet,
Verat ut in fiscum, quæ malè parta suum.

Opulentia tyranni paupertas
subiectorum.



Humani quod splen est corporis, in populi re
Hoc Caesar fiscum dixerat esse suum.
Splene aucto, reliqui tabescunt corporis artus.
Fisco aucto, arguitur ciuica pauperies.

Consiliarij Principum.



Heroum genitos, & magnum fertur Achillem
 In stabulis Chiron erudiſſe ſuis.
 Semiferum doctorem, & ſemiuirum centaurum,
 Aſideat quiſquis regibus, eſſe docet.
 Eſt fera, dum uiolat ſocios, dum proterit hoſtes:
 Eſtq; homo, dum ſimulat ſe populo eſſe pium.


Principis clementia.



*Vesperum quod nulla unquam Rex spicula figet,
 Quodq; alijs duplo corpore maior erit,
 Arguet imperium clemens, moderatq; regna,
 Sanctaq; iudicibus credita iura bonis.*


R E S P U B L I C A .

Salus publica.



Phœbigena erectis Epidaurius insidet aris,
 Mitis, & immani conditur angue Deus.
 Accurrunt ægri, ueniâtque salutifer orant.
 Annuit, atque ratas efficit ille preces.

Respublica liberata.



*Cesaris exitio, ceu libertate recepta,
Hec ducibus Brutis cusa moneta fuit,
Ensiculi in primis, quæ pileus insuper adstat,
Qualem missa manu seruitia accipiunt.*

V I T A.

In vitam humanam.



Plus solito humane nunc deſte incommoda uite,
 Heraclite: ſcetet pluribus illa malis.
 Tu ruruſus (ſi quando aliis) extolle cachinnum
 Democrite: illa magis ludicra facta fuit.
 Intere à hæc cernens meditor, qua denique tecum
 Fine ſeam, aut tecum quomodo ſplene iocer.

Aëre quandoque salutem
redimendam .



Et pedibus sequis, tumida & pro pendulus aluo,
Hac tamen insidias effugit arte fiber.
Mordicus ipse sibi medicata uirilia uellit.
Atque abicit, sese gnarus ob illa peti.
Huius ab exemplo disces non parcere rebus,
Et uitam ut redimas, hostibus æra dare.

M O R S.

Cum laruis non luctandum.



Aeacide moriens percussu cuspidis Hector,
 Qui toties hostis uicerat antè suos:
 Comprimere haud potuit uocem, insultantibus illis:
 Dum curru, & pedibus nectere uincla parant.
 Distrabite ut libitum est: sic casi luce leonis
 Conuellunt barbam uel timidi lepores.

De Morte, & Amore.



Errabat sosio Mors iuncta Cupidine. secum
 Mors pharetras, paruus tela gerebat Amor.
 Diuertere simul, simul una & nocte cubarunt,
 Cæcus Amor, Mors hoc tempore cæca fuit.
 Alter enim alterius malè prouida spicula sumpsit:
 Mors aurata, tenet ossæ tela puer.
 Debuit inde senex qui nunc Acheronticus esse:
 Ecce amat, & capiti florea sarta parat.
 Ast ego mutato quia Amor me perculit arcu.
 Deficio: iniiciunt & mihi fata manum.
 Parce puer, Mors signa tenens uictricia parce.
 Fac ego amem: subeat fac Acheronta senex.


In formosam fato præreptam.



Cur puerum Mors ausa dolis es carpere Amorem?
Tela tua ut iaceret: dum propria esse putat.




In mortem præproperam.



Qui teneras forma allexit, torsitq; puellas,
 Pulchrior, & tota nobilis urbe puer,
 Occidit ante diem nulli mage flendus (Aresti)
 Quam tibi, cui casto iunctus amore fuit.
 Ergo illi tumulum tanti monumenta doloris
 Astruis: & querulis uocibus astra feris.
 Me sine abis dilecte: neque amplius ibimus una:
 Nec mecum in studijs ocia grata teres?
 Sed te terra teget, sed fati, Gorgonis ora,
 Delphinesq; tui signa dolenda dabunt.

Terminus.



Quadratum infoditur firmissima tessera saxum,
 stat cirrata super pectore imago tenus,
 Et sese nulli proficitur cedere, talis
 Terminus est, homines qui scopus unus agit.
 Est immota dies, præfixæque tempora fati,
 Deq; ferunt primis ultima iudicium.

Opulenti hæreditas.



Patroclum falsis rapiunt hinc Troës in armis. ●
 Hinc socij, atque omnis turba Pelasga uetat.
 Obtinet exuias Hector, Græcique cadauer.
 Hæc fabella agitur, cum uir optimus obit.
 Maxima rixa oritur, tandem sed transigit hæres,
 Et coruis aliquid, uulturijq; sinit.

AMICITIA.

Amicitia etiam post mortem
durans.



Arentem senio, nudam quoque frondibus ulmum,
Complexa est viridi uitis opaca coma.
Agnoscatq; uices naturæ: et grata parenti
Officij reddit mutua iura suo.
Exemploq; monet, tales nos querere amicos,
Quos neque disiungat fœdere summa dies.

Mutuum auxilium.




Loripedem sublatum humeris fert lumine captus:
 Et socij hæc oculis muncera retribuit,
 Quo caret alteruter, concors sic præstat uterq;
 Mutuat hic oculos, mutuat ille pedes.

Auxilium nunquam
deficiens.



*Bina pericla unis effugi sedulus armis.
Cum premererq; solo, cum premererq; salo.
Incolumem ex acie clypeus me prestitit. idem
Nauisragum appensus littora adusque tulit.*

Gratiz.




Tres Charites Veneri assistūt, domināq; sequūtur.
 Hincque uoluptates, atque alimenta parant.
 Letitiam Euphrosyne, speciosum Aglaia nitorem,
 Suadela est Pithus, blandus & ore lepos.
 Cur nudae: mentis quoniam candore uenustas
 Constat, & eximia simplicitate placet.

An quia nil referunt ingrati: atque arcula inanis,
 Est Charitum? qui dat munera, nudus eget.
 Addita cur nuper pedibus talaria: bis dat.
 Qui citò dat. minimi gratia tarda pretij est.
 Implicitis ulnis cur uertitur altera? gratus
 Fœnerat. huic remanent una abeunte dua.
 Iuppiter ijs genitor, cœli de semine diuus
 Omnibus acceptas edidit Eurynome.



Aliquid mali, propter vicinum
malum.

Προσωποποιε.



Raptabat torrens ollas, quarum una metallo,
Altera erat figuli terrea facta manu.
Hanc igitur rogat illa: uelit sibi proxima ferri.
Iuncta ut precipites utraque sistat aquis.
Cui lutea, Haud nobis tua sunt commercia cura,
Ne mihi proximitas hæc mala multa ferat.
Nam seu te nobis, seu nos tibi conferat unda:
Iusa ego te fragilis sospite sola terar.

In eum qui truculentia suo-
rum perierit.

P R O S O P O P E I A .



*Delphinem inuisum me in littora compulit æstus,
Exemplum infido quanta pericla mari.
Nam si nec proprijs Neptunus parcit alumnis,
Quis tuos homines nauibus esse putet?*

H O S T I L I T A S .

In detractores.



Audent flagriferi matule, stupidi que magistri
 Bilem in me impuri pectoris euomere:
 Quid faciam? redd'ime uices? sed nonne cicadam
 Ala una obstreperam corripuisse serar?
 Quid prodest muscas operosis pellerre flabris?
 Negligere est satius, perdere quod nequeas.

Inanis impetus.




Lunarem noctu (ut speculum canis inspicit orbem:
 Sè que uidens, altum credit inesse canem,
 Et latrat: sed frustra agitur uox irrita uentis,
 Et peragit cursas surda Diana suos.



Obnoxia infirmitas.



Pisciculos orata rapit medio aequore sardas,
 Ni fugiant pauidæ, summa marisque petant,
 Ast ibi sunt mergis fulicisq; uoracibus esca.
 Eheu intuta manens undiq; debilitas.



Vel post mortem formidolosi.



Cætera mutescent, coriumq; silebit ouillum,
 Si confecta lupi tympana pelle sonent.
 Hanc membrana;ouium sic exorescit, ut hostem,
 Exanimisqu; annis non ferat exanimem,
 Sic cute detracta Cischas, in tympana uersus,
 Bæhemos potuit uincere pontifices.



Εχθρῶν ἀδωρα δῶρα, In dona
hostium.



Bellorum cœpisse ferunt monumenta uicissim
Scutiferum Aiacem, Hector áque Iliacum.
Balthea Priamides, rigidum Telamonius enses,
Instrumenta suæ cœpit uterque necis.
Ensis enim Aiacem cofecit, at Hectora functum
Traxère Aemonijs cingula nexa rotis.
sic titulo obsequij, quæ mittunt, hosti'us hostes
Munera uenturi præscia jata ferunt.

A minimis quoque timendum.



Bella gerit Scarabeus, et hostem provocat ultro,
 Robore et inferior, consilio superat.
 Nam plenis aquile clam se neq; cognitus abdit.
 Hostilem ut nidum summa per astra petat.
 Quaque confidens, prohibet spem crescere prolis.
 Hocque modo illatum dedecus ultus abit.

Parem delinquentis, & sua foris
culpam esse.




Præconem lituo perflantem classica, uictrix
Captiuum in tetro carcere turma tenet,
Quis ille excusat: quòd nec sit strenuus armis,
Vilius aut saeuo laeserit ense latus.
Huic illi: Quin ipse magis timidissime peccas,
Qui clangore alios eris in arma cies.



Alius peccat, alius plectitur.




Arripit ut lapidem catulus, morsuq; fatigat,
 Nec percussori mutua damna facit.
 Sic plerique sinunt ueros elabier hosteis.
 Et quos nulla grauat noxia, dente petunt.



VINDICTA.

Iusta vindicta.



Dum residet Cyclops sinuosi in faucibus antri,
 Hæc secum teneras concinit inter oves.
 Pascite uos herbas. socijs ego pascar Achiuis,
 Postremumque Vin uiscera nostr a ferent.
 Audijt hæc Itachus, Cyclop aque lumine cassum
 Reddidit. En pœnas ut suus author habet?

Iusta ultio.




Raptabat uolucres captum pede coruus in auras
 Scorpion, audaci premia parta gule.
 Ast ille infuso sensim ver membra ueneno,
 Raptorem in stygias compulit ultor aquas.
 O risu res digna, alijs qui fata parabat,
 Ipse perit: proprijs succubuitque dolis.

Ex bello pax.




En galca, intrepidus quum miles gesserat: et quae
 Saepe hostili sparsa cruore fuit.
 Parta pace apibus tenuis concessit in usum
 Alueoli: atque fauos gratæque mella gerit.
 Arma procul iaccant, fas sit tunc sumere bellum:
 Quum aliis pacis non potes arte frui.





Ex pace vbertas.



Grandibus ex spicis tenues contexe corollas,
 Quas circum alterno palmite uitis eat.
 His compta Halciones tranquillim marmoris unda
 Nidificant: pullos inuolucrésque fouent.
 Letus erit Cereri, Baccho quoque fertilis annus,
 Aequorei si rex alitis instar erit.



Infani gladius.



Setigeri medius stabat gregis ensifer Ajax,
 Cæde suum, credens cædere Tantalidas.
 Hostia sic tanquam sus succedanea pœnas
 Pro Laërtiade, pro cauea.ique dabat.
 Nescit obesse suis furor hostibus, errat ab ictu,
 Consilijq; impos in sua damna ruit.

P A X.



Turrigeris humeris, dentis quoque barrus eburni,
 Qui superare ferox Martia bella solet,
 Supposuit nunc colla iugo: stimulisque subactus,
 Cesareos currus ad pia templa uehit.
 Vel fera cognoscit concordēs undique gentes.
 Proiectisque armis munia pacis obit.

Doctos doctis obloqui
nefas esse.



Quid rapis heu Progne uocalem seu Cicadam,
Pignoribusque tuis fercula dira paras?
Stridula stridentem, uernam uerna, hospita ledis
Hospitam, & aligeram penniger ales auem?
Ergo abice hanc prædã, nã musica pectora summũ est
Alterum ab alterius dente perire nefas.

Eloquentia Fortitudine præ-
stantior .



Arcum leua tenet.rigilam fert dextera clauam,
Contegit & Nemees corpora nuda leo.
Herculis hæc igitur facies.non conuenit illud
Quòd uetus & senio tempora cana gerit.
Quid quòd lingua illi leuibus traiecta cathenis,
Quis fissa facileis allicit aure uiros?
An' ne quòd Alciden lingua non robore Galli
Præstantem, populis iura dedisse ferunt?
Cedunt arma togæ, & quamuis durissima corda
Eloquio pollens ad sua uota trahit.



Facundia difficilis.



Antidotum Aëæ medicata in pocula Circeæ
 Mercurium hoc iſtā ſama dediſſe fuit.
 Moly uocant, id uix radice euellit̃ur atra,
 Purpure.æ. ſed floſ, lactis & inſtar habet.
 Eloquij candor ſacundi.æque allicit omnes:
 Sed multires eſt tanta laboris opus.

Antiquissima quæque
commentitia.

A P O L O G E S I S .




Pellenæ senex, cui forma est histrica, Proteu,
 Qui modo membra uiri fers, modo mēbra feri,
 Dic age, quæ species ratio te uertit in omnes,
 Nulla sit ut uario certæ figura tibi?
 Signa uctustatis, primæui et præfero secli:
 De quo quisque suo somniat arbitrio.


Insignia Poëtarum.




Gentiles clypeos sunt qui in Iouis alite gestant,
 Sunt quibus aut Serpens, aut Leo signa ferunt.
 Dira sed hæc Vatum fugiant animalia ceras,
 Doct.ique sustineat stemmata pulcher Olor.
 Hic Phœbo sacer, et nostræ regionis alumnus.
 Rex olim, ueteres seruat adhuc titulos.



Musicam Dijs curæ esse.



Loquens: posuit tibi delphice Phœbe cicadam
 Eunimus hanc, palmæ signa decora suæ.
 Certabat plectro Sparchyn commissus in hostem,
 Et percussa sonum pollice fila dabant.
 Trita fides rauco cœpit cum stridere bombo,
 Legitimum harmonies & uitare melos,
 Tum Citharæ argutans suavis sese intulit ales,
 Quæ fractam impletet uoce cicada fidem.
 Quæq; allecta, soni ad legem descendit ab altis
 Saltibus, ut nobis garrula ferret opem.
 Ergo tæ ut firmus stet honos, ô sancte cicadæ,
 Pro cithara hic fidicen æneus ipsa sedet.



Litera occidit, spiritus viuificat.




Vipere os Cadmus dentes ut credidit aruis,
 Seuit & Aonio semina dira solo:
 Terrigenum clypeata cohors exorta uirorum est,
 Hostili inter se qui cecidêre manu.
 Euasere quibus monitu Tritonidos armis
 Abiectis data pax, dextrâque iuncta fuit.
 Primus Agenorides elemēta, notis que magistris
 Tradidit, ijs suauem iunxit & harmoniam.
 Quorum discipulos contraria plurima uexant,
 Non nisi Palladia que dirimuntur ope.

Dicta septem sapientum.



Hæc habes: septem Sapientum effingere dicta,
 Atque ea picturis qui celebrare uelis.
 Optimus in rebus modus est (Cleobulus ut inquit,)
 Hoc trutinæ examen, siue libella docet.
 Noscere se Chilon Spartanus quæque iubebat.
 Hoc specula in manibus, utraq; sumpta dabunt.

Quod Periander ait, fræna adde Corinthius iræ,
 Pulegium admotum naribus efficiet.
 Pittacus at ne quid (dixit) nimis, hæc eadem aiunt,
 Contracto qui gith ore liquefaciunt.
 Respexisse Solon finem iubet, ultimus agris,
 Terminus, haud magno cesserit ipse Ioui.
 Heu quàm uera Bias, Est copia magna malorum:
 Musmoni insideat effice sardus eques.
 Ne præres esto (Thales dixit) sic illita uisco
 In laqueos sociam parra, meròpsque trahit.



IGNORANTIA.
Submouendam ignorantiam.

Διαλογισμός.



Quod monstru idē sphinx est. Cur cāzāta uirginis ora,
Et uolucrum pennas, crura leonis habet?
Hanc faciem assumpsit rerum ignorantia: tanti
Scilicet est triplex causa & origo mali.
Sunt quos ingenium leue, sunt quos blanda uoluptas,
Sunt & quos faciunt corda superba rudes.
At quibus est notum, quid de phica litera possit:
Præcipitis monstri guttura dira secant.
Nāq; uir ipse, bipēs q; tripēs q; & quadrupes idē est,
Primāq; prudentis laurca, nosse uirum.

Mentem, non formam plus
pollere.



Ingressa uulpes in Chorazi pergulam,
Fabrè expolitum inuenit humanum caput,
Sic eleganter fabricatum, ut spiritus
Solum deesset, ceteris uiuisceret.
Id illa cum sumpsisset in manus, ait:
Hoc quale caput est, sed cerebrum non habet.

Diues indoctus.




Tranat aquas residens precioso in uellere Phrixus,
 Et flauam impavidus per mare scandit ouem.
 Ecquid id est uir sensu hebeti, sed diuite gaza,
 Coniugis aut serui quem regit arbitrium.


M A T R I M O N I V M .

In fidem vxoriam.



Ecce puella, uiro quæ dextra iungitur. Ecce
 Vt sedet: ut catulus lusit ante pedes?
 Hæc fidei est species: Veneris quam si educat ardor,
 Malorum in leua non malè ramus erit.
 Pomæ etenim Veneris sunt, sic Schençida uicit
 Hippomenes. petijt sic Galathea uirum.






Reuerentiam in matrimonio
requiri.



*Cum furit in Venerem: pelagi se in littore sistit
Vipera: & ab stomacho dira uenena uomit.
Murenámq; ciens, ingentia sibila tollit,
At subito amplexus appetit illa uiri.
Maxima debetur thalamo reuerentia, coniunx
Alternum debet coniugi & obsequium.*




In foecunditatem sibi ipsi
damnosam.



Ludibrium pueris lapides iacentibus, hoc me
In trivio posuit rustica cura nucem.
Quae laceris ramis perstrictoque ardua libro,
Certatim fundis per latus omne petor.
Quid sterili posset contingere turpius? eheu,
Infelix: fructus in mea damna fero.

Amor filiorum.



Ante diem uernam boreali cana palumbes
 Frigore nidificat, praeoqua & oua fouet.
 Mollius & pulli ut iaccant, sibi uellicat alas,
 Quas nuda hyberno deficit ipsa gelu.
 Ecquid Colchi pudet, uel te Procne improba? mortē
 Cum uolucris propriae prolis amore subit?


Pietas filiorum in parentes.



Per medios hosteis patriæ, cum ferret ab igne,
 Aeneas humeris dulce parentis onus.
 Parcite (dicebat) uobis sene adorea raptò
 Nulla erit: erepto sed patre summa mihi.


Mulieris famam, non formam,
vulgatam esse oportere.

DIALOGISMVS.




*Alma Venus qu'enam hæc facies, quid denotat illa
Testudo, molli quam pede diua premis?
Me sic effinxit Phidias, sexumq; referri
Fœmineum, nostra iussit ab effigie.
Quòdq; manere domi, & tacitas decet esse puellas,
Supposuit pedibus talia signa meis.*


In pudoris statuum.




Penelope desponsa sequi cupiebat Vlysssem,
 Nisecum Icarius mallet habere pater.
 Ille Ithacam, hic offert Sparten manet anxia uirgo.
 Hinc pater, inde uiri mutuus urget amor.
 Ergo sedens uelat uultus, obnubit ocellos.
 Ista uerecundi signa pudoris erant.
 Quis sibi prelatum Icarius cognouit Vlysssem,
 Hocque pudori aram schemate constituit.




Nupta contagioso.



Dij meliora pijs (Mezenti) cur age sic me
 Compellat: emptus quòd tibi dote gener,
 Gallica, quem scabies, dira & mentagra perurit.
 Hoc est quidnam aliud (dic mihi sive pater)
 Corpora corporibus: quàm iungere mortua uiuis,
 Esset. àque Etrusci facta nouare ducis?



A R B O R E S .
Cupressus.



Indicat effigies metæ, noménque Cupressi
Tractandos parili conditione suos.

A L I V D .

Funeſta eſt arbor, procerum monumēta Cupreſſus
Quale Apium plebis, comere fronde ſolet.

A L I V D .

Pulchra coma eſt, pulchro digeſtæq; ordine frōdes,
Sed fructus nullos hæc coma pulchra gerit.

Quercus.



*Grata Ioui est quercus, qui nos seruâtq; fouêtq;
Seruanti ciuem querna corona datur.*

A L I V D.


*Glande aluit ueteres, sola nunc proficit umbra,
Sic quoque sic arbor officiosa Iouis.*

Salix.



*Quòd frugisperdem salicem uocitarit Homerus,
Clitorijs homines moribus adsimilat.*


Abies.



*Apta frētis abies in montibus editur altis:
Est & in aduersis maxima commoditas.*



Picea.




*At picea emittat nullos quòd stirpe stolonos,
Illius est index, qui sine prole perit .*



Cotonea.



Poma nouis tribui debere Cydonia nuptis
 Dicitur antiquus constituisse Solon.
 Grati ori & stomacho cum sint, ut & halitus illis
 Sit suavis, blandus manet & ore le pos.



Hedera.



Haudquaquam arescens hederæ est arbuscula, Cisso
 Quæ puero Bacchum dona dedisse ferunt:
 Errabunda, procax, auratis fulua corymbis,
 Exterius uiridis, cætera pallor habet.
 Hinc aptis uates cingunt sua tempora sertis:
 Palescunt studijs, laus diuturna uiret.

Ilex.



*Duritie nimia quòd sese rumperet ilex,
Symbola ciuilibs seditionis habet.*

Malus medica.



Aurea sunt Veneris poma hæc: iucundus amaror
 Indicat, est Græcis sic γλυκυπίκος & amor.

Buxus.



Perpetuò uiridis, crispoq; cacumine buxus,
 Vnde est disparibus fistula facta modis,
 Delitijs apta est teneris, & amantibus arbor.
 Pallor inest illi, pallet & omnis amans.

Morus.



*Serior at Morus nunquam nisi frigore lapsō
Germinat: & sapiens nomina falsa gerit.*

Amygdalus.




*Cur proper.us folijs præmittis amygdale flores?
Odi pupillos præcoci ingenij.*

Laurus.



Præscia uenturi laurus fert signa salutis.
Subdita puluillo somnia uera facit.
 A L I V D.
Debetur Carolo superatis laurea Pœnis:
Victrices ornent talia ferta comas.

Populus alba.



*Herculeos crines bicolor quòd populus ornet,
Temporis alternat nòxq; dièsq; uices.*

INDEX EMBLEMATVM

IN LOCOS COMMVNES

DIGESTORVM.


<i>EMBL. DEDIC.</i>		Prudentes vino abstinent	30
Ad illustrissimum Maximilia-		In statuam Bacchi	31
num &c.	7	Gramen	33
Mediolanum	8		
Nunquam procrastinandum	9	<i>IUSTITIA.</i>	
<i>DEVS, SIVE</i>		Nec verbo, nec facto quenquam	
<i>RELIGIO.</i>		lædendum	34
In Deo lætandum	10	Tandē, tandē Iustitia obtinet	35
Sapientia humana, stultitia est	11	Etiā ferocissimos domari	36
apud Deum	11	Gratiam referendam	37
Ficta Religio	12	Abstinentia	38
Non tibi, sed religioni	13	Bonis à diuitib⁹ nihil timēdū	39
Quà Dij vocant, eundem	14	<i>FORTITVDO.</i>	
VIRTUTES.		Signa fortium	40
<i>FIDES.</i>		<i>Ανίχθ' καὶ ἀπέχθ'</i>	41
Fidei Symbolum	15	In adulari nescientes	42
Fœdera	16	Obdurandū aduersus vrgētia	43
Silentium	17	Omnia mea mecum porto	44
Non vulganda consilia	18	<i>CONCORDIA.</i>	
Nec quæstioni quidē cedendū	19	Concordiæ Symbolum	45
<i>PRVDENTIA.</i>		Concordia	46
Consilio, ac virtute Chimeran su-		Concordia insuperabilis	47
perari: id est fortiores, & dece-		Vnū nihil, duos plurimū posse	48
ptores	20	Firmissima conuelli nō posse	49
Vigilantia, & custodia	21	<i>S P E S.</i>	
<i>Νῆφε καὶ μέμνη' ἀπιστῆν ἄθρα ταῦτα</i>		Spes proxima	50
<i>τῶν φρενῶν</i>	22	In simulachrum Spei	51
<i>ἢ παρήβη? τί δ' ἐρεξα? τί μοι δ' ἰορὸν</i>		In dies meliora	53
<i>ἐτελέσθη</i>	23	Illicitum non sperandum	54
Prudentes	24	<i>PVDICITIA.</i>	55
Prudens, magis quàm loeas	25	<i>VITIA.</i>	
Maturandum	26	<i>PERFIDIA.</i>	
In deprehensum	27	In Victoriā dolo partam	56
Custodiendas virgines	28	In fraudulentos	57
Vino Prudentiam augeri	29	Dolus in suos	58
		Maledicentia	59

In receptatores ficariorum	60		
In adultores	61	<i>AUARITIA.</i>	
Ei qui semel sua prodegerit, aliena credi non oportere	62	Auaritia	92
		In auaros	93
<i>STULTITIA.</i>		In Aulicos	94
Temeritas	63	In Sordidos	95
Furor & rabies	64	In diuites publico malo	96
In temerarios	65	In auaros, Vel quibus melior conditio ab extraneis offertur	97
In eos qui supra vires quicquam audent	66		
Impossibile	67	<i>GULA.</i>	
Cuculi	68	Gula	98
Vespertilio	69	Oeni effigies	99
Aliud	70	In Parasitos	100
Ira	71	Paruam culinam duobus gancibus non sufficere	101
In eum, qui sibi ipsi damnum apparat	72	Captiuus ob gulam	102
Fatuitas	73	In Garrulum, & Gulosum	103
Obnuio paupertatis parens	74	Natura	104
		<i>DOCTORVM.</i>	
<i>SVPERBIA.</i>		<i>GNOMINA.</i>	104
Superbia	75	Vis Naturæ	106
Inpudentia	76	Ars Naturam adiuuat	107
Philautia	77	In Iuuentam	108
Garruitas	78	In quatuor tempora anni	109
		<i>ASTROLOGIA.</i>	
<i>INVIDIA.</i>		Scyphus Nestoris	110
Inuidia	79	Quæ supra nos, nihil ad nos	112
		In Astrologos	113
<i>LUXURIA.</i>		Qui alta contéplatur cadere	114
Luxuria	80		
Luxuriosorum opes	81	<i>AMOR.</i>	
Tumulus Meretricis	82	Potētissimus affectus Amor	115
In amatores Meretricum	83	Potentia amoris	116
Cauendum à Meretricibus	84	Vis amoris	117
Amuletum Veneris	85	In studiosum amore captum	118
Inuolabiles telo Cupidinis	86	ΑΥΤΙΠΩΣ. id est, amor Virtutis	119
Lasciuia	87	ΑΥΤΙΠΩΣ. Amor Virtutis alium Cupidinem superans	120
		<i>DESIDIA.</i>	
Desidia	88	Dulcia quandoq; amara fieri	121
Desidiam abijciendam	89	Ferè simile, ex Theocrito	122
In faciliè à Virtute desciscētes	90	In Statuam Amoris	123
Ignauis	91	In obliuionem patriæ	125

Sirenes	126	Quod non capit Christus, rapit	
Senex puellam amans	127	Fiscus	158
Colores	128	Opulentia tyrāni paupertas sub-	
<i>FORTUNA.</i>		lectorum	159
Virtuti Fortuna comes	130	Consiliarij Principum	160
Fortuna Virtutem superans	131	Principis clementia	161
Paupertatem summis ingenijs ob-		<i>RESPUBLICA.</i>	
esse, ne prouchantur	132	Salus publica	162
In Occasionem	133	Respublica liberata	163
In subitum terrorem	134	<i>VITA.</i>	
In illaudata laudantes	135	In vitam humanam	164
In momentancā felicitatem	136	Aere quandoq; salutem redimen-	
Ex damno alterius vtilitas	137	dam	165
Bonis auspicijs incipiendum	138	<i>MORS.</i>	
Nil reliqui	139	Cum Laruis non luctandum	166
Malè parta, malè dilabuntur	140	De Morte, & Amore	167
Sēper præsto esse infortunia	141	In formosam fato præreptam	168
Redemia in arduo, mala in prono		In mortem præproperam	169
esse	142	Terminus	170
<i>HONOR.</i>		Opulenti hæreditas	171
Ex arduis perpetuum nomē	143	<i>AMICITIA.</i>	
Ex literarum studijs immortalita-		Amicitia et post mortē durās	172
tem acquiri	144	Mutuuum auxilium	173
Tumulus Ioannis Galeacij Vice-		Auxiliū nunquā deficient	174
comitis, Primi Ducis Mediola-		Gratiæ	175
nenfis	145	<i>HOSTILITAS.</i>	
Optimus ciuis	146	In detractores	177
Strenuorū immortale nomē	147	Inanis impetus	178
Nobiles, ac generosi	148	Aliquid mali, propter vicinum	
Duodecim certamīa Herculis	149	malum	179
In nothos	151	In eum qui truculentia suorum	
Imparilitas	152	perierit	180
In desciscentes	153	Εχθρῶν ἄδωρα δῶρα. In dona ho-	
Acumulatio impar	154	stium	181
Albutij ad D. Alciatum suaden-		A minimis quoque timendū	182
tis vt &c.	155	Obnoxia infirmitas	183
<i>PRINCEPS.</i>		Vel post mortē formidolosi	184
Princeps subditorum incolumita-		<i>VINDICTA.</i>	
tem procurans	156	Iusta vindicta	185
In Seuatum boni Principis	157	Iusta vitio	186

Parem delinquentis, & suavoris culpam esse	187	quiri	206
Alius peccat, alius plectitur	188	In fœcunditatem sibi ipsi damnosam	207
Infani gladius	189	Amor filiorum	208
<i>P A X.</i>		Pietas filiorum in parentes	209
Pax	190	Mulieris famam, non formam vulgatam esse oportere	210
Ex bello Pax	191	In pudoris statuam	211
Ex Pace vbertas	192	Nupta contagioso	212
<i>SCIENTIA.</i>		<i>ARBORES.</i>	
Doctos Doctis obloqui nefas esse	193	Cupressus	213
Eloquentia, fortitudine præstantior	194	Aliud	ibidem
Facundia difficilis	195	Aliud	ibidem
Antiquissima quæque commentitia	196	Quercus	214
Insignia Poëtarum	197	Aliud	ibidem
Musicam Dijs curæ esse	198	Salix	215
Litera occidit: Spūs viuificat	199	Abies	216
Dicta septem sapientum	200	Picea	217
<i>IGNORANTIA.</i>		Cotonea	218
Submouendam ignorantiam	202	Hedera	219
Mentem, non formam plus pol- lere	203	Ilex	220
Diues indoctus	204	Malus medica	221
<i>MATRIMONIUM.</i>		Buxus	222
In fidem vxoriam	205	Morus	223
Reuerentiam in matrimonio re-		Amygdalus	224
		Laurus	225
		Populus alba	226
		F I N I S.	

Lugduni,
Excudebat Mathias Bonhomme



Amos Harris
of Vinton

of Vinton

~~Amos Harris of Vinton~~

